

ABAVUS

EDITIT

J. F. MOUNTFORD

PRAEFATIO

Perclarissimum sane, lector, tibi erit hoc glossarium quod a primo vocabulo Abavus appellari solet non eiusdem pretii esse cuius Abtrusa et Abolita glossaria ; nam ille, quicumque erat, qui inter septimum et nonum saecula Abavus condidit sic praefari potuisset ut auctor codicis Parisini : « diversa namque aliarum exemplaria glossarum intuitu acerrimae mentis perlustrando sagaciter eventilavi et quae < cum > que in eis magis profutura fuisse pepensi (*sic*), ilico decerpens huius praesentis operis pulchro contextu inserui (1). » Neque vero omnes glossae quas exhibet hoc glossarium eadem vel aliqua diligentia tua dignae sunt aestimandae. glossarii enim conditor glossas saepe iteravit ut modo lemmatis interpretatio, modo lemma interpretationis vice fungeretur et ex una glossa duas (e. g. AB 63 = IN 342) vel tres (e. g. RU 28 = HU 6 = UB 5) sibi confinxit. quod ita accidisse ex glossis minus accurate descriptis eisque sic iteratis (e. g. DI 3 = LI 4 ; DI 5 = SA 16) tibi facile persuadebis. ut Goetzii utar verbis, lexicon potius condere quam glossas cogere sibi proposuit conditor.

Quibus autem e fontibus glossas non a se confictas hauserit, in promptu omnibus est.

I. Glossarii Abtrusa multas glossas suppeditantis exemplar quo usus est haud fratrem codicis Vaticani 3321 fuisse iudicaveris. aliquot vero in locis propius accessit ad exemplaria quae adhibuerunt alia glossaria, Sangallense (e. g. AN 7 ; CA 70), Affatim (e. g. AB 39 ; AD 106), Amplonianum primum (e. g. AN 29 ; AU 40), Amplonianum secundum (e. g. AL 55 ; CL 23), AA (e. g. AR 4 ; CA 9) ; et, quod eis facillime ex glossis perspicies ubi necessaria omittit Abtrusa (e. g. SA 18) plenius erat quam exemplaria quae nunc exstant. noles igitur Goetzii sententiam temere sequi qui suspicatur (C. G. L. I, 132) binas glossas ad idem lemma pertinentes (e. g. AB 36-7 ; BO 9-10) ex duobus necessario fontibus excerptas esse. tecum potius reputabis utrum una et altera ex Abtrusa maiore scholiisque Vergilianis ibi passim dispersis petitae sint. eiusdem prosapiae glossas quae aliqua ex parte cum Isidori Etymologiis Differentiisve concinunt haberi oportet (e. g. AR 5 ; CL 10 ; IN 143). tu fortasse, non ego, dubitabis utrum eodem an alio ex fonte derivatae sint glossae qua-

rum lemmata desumpta e locis poetarum aliorumque esse videantur (e. g. AL 11 ; CA 28 ; 60 ; DU 3 ; FL 25 ; 26 ; SA 51 ; SE 18 ; ST 29).

II. Ut Abstrusa maius ita Abolita plenius adiit conditor. Cuius exemplar neque cum codice Vaticano 3321 neque cum exemplaribus ab aliis glossariis usurpatis arte cohaesit (sed cf. AL 3 ; AR 30 ; BA 21 ; CA 55 ; CE 40 ; DE 11). huic etiam fonti attribuendae sunt glossae quae cum Festo vel Nonio aliquo vinculo coniunguntur (e. g. IP 2 ; SU 68).

Haud ita raro occurrunt glossae quae cum Abstrusa vel Abolita consentiunt nisi quod tempus vel numerus commutatur (e. g. AF 4 ; 6 ; AG 10 ; AN 37 ; AR 21). utrum hae immutationes exstiterint in codicibus a conditore adhibitis an conditoris scribarumque neglegentiae ascribendae sint dubitari licet ; de fonte autem vix dubitandum. Si, ut nonnumquam fit, codices nostri non veram glossae formam sed eam tantum quam conditor confinxit exhibent, signum (=) ante notam fontis adieci (e. g. AC 7). glossae quae e margine codicis Vergiliani excerpti poterant pauciores fortasse sunt quam ut conditorem ex congerie adnotatiuncularum suggestisse arbitremur (e. g. AB 3 ; 53). quas tamen scito ex Abstrusa vel Abolita provenire potuisse. in illis quoque quae cum Glossis Vergilianis (= C. G. L. IV, 427-470) consonant Abolita plenius fontem agnoscere potes (e. g. AR 24 ; AU 20 ; BA 14).

III. Cum vocabula Graeca in interpretationibus inveniantur, patet glossarium Latino-graecum fontem fuisse (e. g. CR 20^a ; FA 38^a ; FE 4 ; 18^a). cuius vestigia quoque reperiuntur in vocabulo ἀρχαίως (*apx* vel *pax* scripto) (e. g. AR 38 ; EG 7 ; PA 72). perpaucae sane interpretationes Graecae exstant in codice quem Goetzius transcripsit (C. G. L. IV, 301-403), sed alias alii codices praestant (e. g. IN 283 ; 350 ; PE 117) ; alias codices glossarii quod Abavus maius appellatur (e. g. SU 20 ; 51 ; VE 3). aliquae glossae quamquam litteris Graecis carent huic fonti pro certo addici possunt (e. g. AP 12 ; DE 25 ; IN 96) ; neque dubium est quin codex archetypus etiam alia Graeca exhibuerit. Scribas vero qui codices nostros exaraverunt, Graecae linguae imperitos, multas interpretationes Graecas vel etiam totas aliquotiens glossas omisisse vix negabis. Accedit ut conditor vel alius ante alias in Latinas vertere potuerit. Multas igitur glossas huic fonti attribuere non dubitavi (e. g. DE 16 ; CA 12 ; SP 5) et omnes quae huius prosapiae sunt vel possunt esse signo (*Phil.*) notare commodum iudicavi etiamsi dubites num revera auctor Philoxenus sit.

IV. Quis tandem glossas ex Libris Sacris exhaustas et ad Nomina Biblica spectantes exstare mirabitur ? Quamquam paucae in omnibus codicibus reperiuntur (e. g. EX 47) eas quae in uno vel duobus tantum codicibus conservantur praetermittere nolui (e. g. DE 20^a ; DI 5^a ; 15^a).

V. Glossarium Abstrusa gradus propinquitatis nonnumquam tractat (e. g. AB 37 ; 39). qui Abavus congegissit aliam congeriem talium glossarum adisse videtur (e. g. AB 4 ; 5 ; 38).

Fontes indagavimus : accedamus, quaeso, ad vitia codicis archetypi explicanda ; conditor enim haud magna peritia curave fontibus usus est. Si contaminatas glossas exhibent ipsi fontes (e. g. PO 48 ; SI 42) Abavus contaminatas

insuper contaminavit. duas Abstrusa glossas (e. g. AN 43 ; CO 140), duas Abolita (e. g. PR 59), unam Abstrusa alteram Abolita (e. g. AE 17) invenimus conflatas ; cum Abstrusa (e. g. AS 1) et Abolita (e. g. PA 72) Philoxenus coniungitur ; lemmata intercidunt (e. g. NU 14), interpretationes deperditae sunt (e. g. PA 79) ; cum lemmate lemma confunditur (e. g. PE 84) ; errores scribarum etiamsi corrigantur in glossae contextu conservantur (e. g. PL 22 ; TO 17). aliquotiens igitur dubium est utro ex fonte derivata sit glossa ; aliae penitus sanari aegre possunt (e. g. CO 141 ; 353).

Aliquid tamen utilitatis, lector, hoc glossarium affert quod pleniora Abstrusa et Abolita glossaria pro fundamentis adhibuit. ad ea restituenda non parvipretii esse facile concedes. Sed te monitum volo. Non omnes glossas quae longiores sunt quam quas Abstrusa vel Abolita nunc exhibent plenioribus glossariis statim attribuire debes ; contaminasse enim scis conditorem. Si autem longior glossa cum alio glossario (videlicet Abba vel Affatim vel Amploniano primo vel secundo vel AA) consentit, tum demum maioris Abstrusa vel Abolita vestigium repperisse te puta. glossae quoque quae cum Abba vel aliis glossariis mire congruunt, quamquam neque in Abolita neque in Abstrusa nunc exstant, ex eisdem plenioris memoriae fontibus decerpi poterant (e. g. AB 46 ; AC 35 ; AG 13 ; AN 38). intentius idcirco apparatus criticum spectabis, lector, quam quae in contextu notavi. Ex Abstrusa maiora scholia deperdita Vergiliana redintegrare poteris, ex Abolita pleniora divitiae Festi recipiuntur. Neque spernendae sunt glossae Latino-graecae, eae praesertim quae ad prioris aevi sermonem spectant (e. g. IN 31). et cum constet Micionem (1) vocabulis ex Abavus desumptis usum esse, vide ne alii saeculi noni vel decimi scriptores aliquid huic glossario acceptum referant. Si autem sententiam Goetzii sequi voles dicentis vestigia vulgaris sermonis in Abavus latere, quamquam exstare confiteor (e. g. SC 19), moneo scribas nonnumquam dormire.

Pauca nunc licet dicere de hac editione. Si aliquot in locis enumerando peccatum est (e. g. AB 38^a quod 39 esse debuit) veniam precor. quod variarum codicum lectionum iacturam feci non moleste feres cum apud Goetziū omnes reperiis expositas. glossas contaminatas saepius sed non semper divisi ; quod ita accidisse significat numerus uncis inclusus (e. g. AB 28^a). Si lemmata neque integra semper exhibui neque iteravi, numquam, ut opinor, tuum lector, commodum sciens neglexi. Aliquotiens primis tantum vocabulorum iteratorum uti ausus sum (e. g. AN 21 ; CO 294).

Hanc editionem cum vir doctissimus Ioannes Tait incohata aliis litterarum studiis postposuisset, rogatu Lindsayi, suscepi et ut polui perfeci. si quas mendas invenies mihi attribuas velim et corrigas. Vale.

J.-F. MOUNTFORD.

Dabam Edinburgo mense Septembri MCMXXIV.

SIGLA

Phil.	Glossae Latino-graecae Philoxeno adscriptae (= C.G.L. II, 3-212).
Abstr.	Glossarium Abstrusa (= C.G.L. IV, 3-198).
Abol.	Glossarium Abolita (= C.G.L. IV, 3-198 glossae uncis inclusae).
Abba.	Glossarium codicis Sangallensis (= C.G.L. IV, 201-298).
Ab Abs.	Glossarium Ab Absens (= C.G.L. IV, 404-427).
Gloss. Verg.	Glossae Vergilianae (= C.G.L. IV, 427-470).
Aff.	Glossarium Affatim (= C.G.L. IV, 471-581).
Ampl. I.	Glossarium Amplonianum primum (= C.G.L. V, 337-401).
Ampl. II.	Glossarium Amplonianum secundum (= C. G. L. V, 259-337).
AA.	Glossarium AA (= C.G.L. V, 435-490).
Ansil.	Glossarium Ansileubi sive Liber Glossarum.
Corp.	Glossarium Latino-Anglum collegii Corporis Christi Cantabrigiensis (ed. Lindsay, Cantabr., 1921).

ABAVUS

AB

Abavus : pater proavi, id est avus avi.

(Abstr. ?) 2. Abactus : ab acto (-u) remotus. (Abstr.) 3. Ab alto deiecit : praecipita<vi>t. 4. Ab[a]matertera : soror aviae. 5. Abamita : soror avi. 6. Abasu (-so ?) : infama (-fima ?) domus. (Abstr.) 7. Abdicat : repulit (-pudiat), expellit, alienat. (Abol.) 8. derogat, detrahit. 9. -didit : occultavit, abscondit. (Abol. ?) 10. -dit : abscondit. (Ib.) 11. -dixi : destitui. 12. -ditum : absconsum, occultatum. (Abol.) 13. -ducit : subtrahit, aufert, asportat. (Abstr. ?) 14. <H>abenus (-as) : retinacula iumentorum. 15. Aber[r]uncat : abstirpat. 16. -esse : abstitisse. 17. <Extispices : aruspices> Ab extit (-is) ; intestina hostiarum <aspicientes>. 18. Ab his : ab ipsis. (Phil. ?) 19. Abominat : negat suum quemque. (Abstr. ?) 20. -tus : ex<s>ecratus, detestatus. 21. [<21a> abiectus, demissus], anathemat.

Abiectus : humilis. 23. -icit : proicit (Abstr.),

<23a> -igit :> expellit. (Abstr.) 24. -ige : amove vel a te expelle, abiuga. (Abol. ?) 25. -ige<i>us : abactor, qui seducit servum alienum vel pecus. (Abstr.) 26. Abiit : ambulavit, discessit. (Ib.) 27. Ab imo : de ioco (deiosum). (Ib.) 28. Ab initio : a principio. (Phil. ?) 29. -itrosus (abs-trusus) : remotus, latens, absconsum. (Abol.) 30. Abitus (avi-) : <avi> locus, quem avus possedit. (Ib.) 31. -iugasse : abige (ab iugo) alienasse. (Phil. ?) 32. -iur[g]at : negat. (Abol.) 33. -legat : abrogat. 34. -luit : lavit, deterisit vel lavat. (Abstr.) 35. expiat, purgat, mundat. (Ib.) 36. -negat : infidiatur (-fit-), plus quam negat. 37. -nepos : filius nepotis. (Abstr.) 38. filius pronepotis, id est nepos nepotis. 38a. -nuere : renuere, recusare, refutare. 39. Amita : soror patris vel matris. (Abstr.) 40. Abnuit : negat (Abstr.), vel <40a>. Adnuit :> consentit. (Abol.) Abolere : penitus tollere, obliviscere (-sci) vel negligere. (Ib.) 42. -let : tollet (-it), de memoria aufert. (Abstr. ?) 43. -lita : remota vel <in> oblivione<m> per-

AB 1. A. pater avi (cett. om.) *Abstr.* cf. 37-8. || 3. cf. Verg. Aen. 5, 542. cf. PR 8. || 7. cf. AL 23 ; EX 85 ; RE 103. || 8. = DE 163. cf. DE 121. || 9. cf. OC 7. abs, vel textit *Abol.* cf. Abba. || 12. occ. om. *Abol.* || 13. abstrahit vel asp. *Abstr.* cf. AU 18. || 14. = *Ansil.* || 15. = *Corp.* *Abba.* cf. 69 ; AV 16. || 17. cf. EX 123. Plenam glossam servavit Arma ; hanc truncatam formam etiam AA (sed -iens) || 18. ἀπὸ τούτων *Phil.* || 19. n. quod est *Abstr.* || 20. = DE 157-8. || 21. = AN 1. || 21a-22. cf. DI 59. || 24. Abice (-ge) : exp. (cett. om.) *Abol.* cf. 31 (!). || 25. abac. om. *Abstr.* cf. Isid. Etym. 10, 14 abactor... quem vulgo abiieium vocant. || 26. amb. om. *Abstr.* cf. AM 15 ; PE 101. || 28. A prin., ἐξ ἀρχῆς *Phil.* || 29. abs. om. *Abol.* cf. 57 ; LA 61 ; RE 74. || 30. avi loc. (cett. om.) *Abol.* || 31. Abiugassere : ἀποζεύσαι *Phil.* || 33. = 52. || 34-5. Abl. mu. lavat ; Expiat abl. mu. *Abstr.* cf. DE 154 ; EX 90 ; LA 76 ; PU 32. || 36. cf. IN 144. || 37-38. cf. 1 ; AT 4. || 38a. om. aliquot codd. || 39. = Aff. ; vel. ma. om. *Abstr.* Secuta erat haec glossa glossam Amnuere. || 40. vel recusat *add.* *Abstr.* cf. RE 30. || 40a. cf. AN 25 ; CO 221. || 41. pen. t. om. *Abol.* cf. Aff. || 42. tol. vel delet *Abstr.* cf. Ampl. II. ||

ducta. 44. -origines : origines (-is) obli-
tae (-ti). (Abol.) 45. -orruit (obriguit ?) :
obtorpuit. 46. -orsus : ex eo quod est or-
dior. 47. -ortus : <ex> eo quod est orior.
48. Abpatruus : frater avi. 49. -ripit :
eripit. 50. -rogans : humilis. 51. -gare :
legem tollere. (Abstr.) 52. -gat : ablegat,
abdicat, derogat, detrahit. 53. -ruptis :
pro(per) vim ruptis. 54. -tus : immoder-
atus vel infrenatus (eff-).

Abscedant : facescant (-ess-). 56. -scissu-
ra<e> : intervalla. 57. -sconsum : latens,
occultum. 58. -scultat (ausc-) : advertit
intente. (Abstr.) 59. -s<c>edit : disce-
dit, recessit. (Abol.) 60. -sens : absistens.
61. -sistant : recedant, discedant. 62.
-tit : desistit, degreditur, desinit. 63.
-solute (-to) : invexo (?). 64. -surdum :
turpem, indignum, incongruum, <64*>
stultum. (Abol.) 65. -sterret : deterret. 66.
-stimus (-emius) : sobrius. (Abstr.) 67.
-stinet : observat. (Ib.). 67. -stitit (-sistit) :
longe est vel longe stetit. (Ib.) 69. -stir-
pat : aber[r]uncat. 70. -strusum : ab-
sconditum. 71. -stulit : eripuit. 72. Abulsa
(av-) : erecta (-pta). 73. -undans : af-
fluens. 74. -antia : copia, exuberantia.
75. -dat : crescit, pollet. 76. Abus (av-) :
pater patris. (Abol.) 77. -usus : male usus.

(Ib.) 78. -usitatus : minus instructus
scientia. (Abstr.) 79. -utitur : contem-
nit, recusat, renuntiat. (Ib.) 80. -yssus :
profundum. ,

AC

Ac<h>ate<s> : genus lapidum. (Abol.) 2.
Ac[c]edia : taedium <animae>. (Abstr.)
3. Accedit : ingreditur. 4. -elerat : cele-
riter advenit, properat. (Abol.) 5. -ensi :
incitati, iritati, irati. 6. -entus : vox
acuta sive producta. 7. -epit (-cip-) :
sumit. (=Abstr.) 8. -pto tulit : recepit.
(Phil. ?) 9. -ptum (accit-) : accers<it> um.
19. -ersi<vi>t : evocavit. (Abol. ?) 11.
-siti : adducti, evocati. 12. -s<it>um :
acceptum (-cit-). 13. -cidit : evenit. (Abol.)
14. -ipe : cape, sume vel audi. 15. -ipitrem :
acceptorem. (Abstr.) 16. -iti : <e> vocati,
adducti, accersiti. 17. -clivatum : obli-
quum. (Abstr.) 18. -cubitus tegmina :
<peristromata>. 19. -culae (-ol-) : vicini,
finitimi vel alieni cultores. (Abol. ?) 20.
-cutum (-tut-) : protinus. 21. -umuit
(-bit) : recubat. 22. -umulat : ampliat.
23. -uratim (-ius) : adtentius. 24. -tus :
nitidus, lenis (lev-). 25. -cusare : capes-
sere. 26. -at : arguit, querellatur. 27. -atio :
querella. 28. -ator : appetitor, delator.

44. convenae or. *Abol.*; co. or. obl. *Arma.* || 45. = Amp. II (Obripuit). cf. OB 74. || 46-7. una
glossa ? sed cf. Abba ; Amp. II. || 46. = Abba ; Amp. II. || 49. = ER 12 ? cf. Phil. (ἀπαρπάζει) ?
|| 50. cf. AD 90. || 52. cf. AB 8 ; 33 ; DE 121 ; 163-4. || 53. cf. Aen. 11, 492 ? || 54. = EF 10*. cf.
IN 190. || 57. cf. 12 ; 29. || 58. cf. AD. 121. || 59. rec. om. *Abol.* cf. DI 78. || 60. cf. 16. || 62. vix
Abstr. (longe est vel desinit). cf. DE 52. || 63. = IN 342. innexo *Heraeus* : an innoxio ? || 64.
cf. IN 54 ; TU 13. || 64*. om. aliquot codd. || 65. = DE 153. an cf. Phil. (φοβεί) ? 68. cf. 62. ||
69. = 15. || 70. cf. 29. || 71. = ER 13. cf. Phil. (ἀπειλαιο) ? || 72. = AU 53. || 73. = AD 21.
|| 74. = CO 330-1. || 75. = PO 3. || 77. Abusi : m. usi *Abol.* cf. MA 35. || 79. rec. aut
cont. vel. aspernit *Abstr.* cf. RE 30-1. || 80. = Abba.

AC 1. lapidis *Abol.* || 2. cf. TA 9. || 3. = IN 154. || 4. adpropinquat, cel. venit et adpropriet
vel festinat *Abol.* cf. AD 125 ; PR 162. || 5. irati om. aliquot codd. cf. Abol. (irati vel concitati).
cf. IN 36. || 6. cf. Amp. I (v. alta). || 7. S. : acc. *Abstr.* || 8. παρεδέξατο, ἀσμένως ἤνεγκεν
Phil. cf. C. G. L. II, 561, 43. || 9. = 12. || 10. -sit : -cat *Abol.* || 11. = 16. cf. Amp. I ; AA. || 12.
= 9 = EX 135. || 13. cf. EV 5. || 14. cf. Abol. (A. : audi). cf. CA 69. || 15. cf. PI 10. || 16. cf. 11 ;
AD 9 ; EV 19 ; Amp. II. || 17. curvum add. *Abstr.* || 18. = PE 78. || 19. = Amp. II. vicini
(cett. om.) *Abol.* advenae cult. aliquot codd. || 20. = PR 184. || 21. = RE 29. || 22. = AM 43.
|| 23. = AT 6. || 24. = LI 25 ; NI 25. || 25. = CA 71. || 26. cf. Abstr. (Arg. : acc.) ? || 27. = QUE
5. || 28. cf. DE 67. ||

Acerbat (-vat) : congregat. 30. -er<r>a[t] : fas (vas) quod sacrificium (-io) adhibetur. 31. -etum : dulce. (Abol.!) 32. -ervus (-bus) : immaturus, atrox. (Abstr. ?) 33. Acheron : Orcus. 34. -cia (-ies) : ala. 35. -idus : ab acrore. 36. -ies : ordo vel prima pars exercitus. 37. extensa militum impugnat. (Abstr.) 38. Acoenonitus (-net-) : qui nulli communicat. (Abol.) 39. -conitum : genus herbae venenosae. 40. Acprop[r]iat(ad-) : proximatus. (Abol. ?) 41. Acræ mentis : validæ mentis. (Abstr.) 42. -riter : fortiter. 43. -rocheria (-ir-) : ligamenta articularum (-or-). (Abstr.) 44. Ac si[c] : veluti. 45. -cta : ripa nemorosa. (Abol.) 46. <H>actenus : huc usque vel in totum. (Abstr.) 47. -tive : strenue, factive. 48. -vum : factivum, adtonsum (?). 49. -tio : oratio. 50. -tor : vilicus. 51. -tuarius : acta qui facit. (Abol.) 52. -tutum : sine mora [remotum (se-)]. (Abol.) 53. -culeus : stimulus. 54. A culmine : ab alto, a summo. (Abstr.) 55. Acumen : subtilitas sens<us> vel tenuitas ferri.

AD

Adamans : valde amans vel cupiens. (Abstr.)

2. -ma[n]s : lapis ferro durior ; id est

(idem ?) genus gemmae. 2^a. lapis durissimi (-us). (Abstr.) 3. -aperit : effrangit. 4. Adclamat : proclamat. 5. -clive : oblique vel recte. (Abol. ?) 6. -commodaturn : idoneum. 7. Addidit : adquisivit, adposuit. 8. Addit : adponit. 9. -ducti : accersiti, vocati. 10. -e[m]ptus : nactus vel <10^a. Ademptus > deductus. 11. -eo : in tantum. (Abstr.) 12. Ad extollendum : ad elevandum. (Ib. ?) 13. -fari : adloqui. (Abol.) 14. -fatim : abundanter vel sa[ti]tim (-is), large. (Abstr.) 15. -fatur : adloquitur. 16. -fectat : appetit, temptat vel desiderat vel attingit. (Abol. + Abstr. ?) 17. -tatores : <ad>petitores. (Abstr.) 18. -tum : consumptum. 19. -ficit : admittit, ex<s>equitur. 20. -filiatio : adoptio, paene natura<e> imitatio. 21. -fluens : abundans. (Abol.) 22. -entia : profluentia. 23. Adfuit (ab-) : absens fuit. (Abol.) 24. Adgredi : incipere. 25. -ditur : accedit, incipit. 26. Adibit (-ivit) : promisit vel praestitit. 27. -icit : adponit, addit. 28. -igit : a<d>movit vel cogit. 29. -iit : intravit vel sinit (subiit ?). 30. -i [m]i : subi<i> vel ingressus vel <30^a. Adimi > deduci. 31. -imit : violat, tollit, auferit, amputat. 32. -inventiones : compositiones. 33. -ventum : expositum.

29. = CO 155. || 30. = Abba ; AA. || 31. Antifrasis : ... acidum quod dulce est Abol. || 32. -um : imm. vel malum Abstr. cf. Aff. cf. AT 12 ; IN 184. || 35. = Abba ; Amp. I, II. || 36. cf. OR 11 ; PR 67. || 39. = AA. cf. Abol. (-ita : g. h. -natae). || 40. Propiavit : proximavit Abol. || 42. = FO 31. cf. Abstr. (-ior : -ior). || 44. cf. Phil. (ὁσαυτε) ? || 46. vel in t. om. Abstr. cf. EA 1 ; HU 1 ; US 5. || 47. cf. FA 24. || 48. actuosum Hildebrand. || 49. = OR 1 ? || 50. = VI 25. cf. DE 67. an of. Phil. (παραμαρτυρία) ? || 52. cf. Aff. ; Amp. I. spectat illud semot. (cf. SE 28) ad Abol. glossam Avium : secretum aut longe semotum. Sic enim duae glossae se habent in Arma

Avium : secretum aut longe

Actutum : sine mora submotum.

53. = Aff. = ST 12. || 54. a sum. om. Abstr. cf. Aen. 2, 603. || 55. cf. SU 81.

AD 1. vel cup. om. Abstr. cf. CU 22. || 2. cf. Amp. II. || 2^a. om. aliquot codd. durus Abstr. || 5. -em : ob. erectum Abol. cf. OB 22. || 8. = 27. || 9. = AC 16. || 10. cf. NA 6. || 11. cf. IN 292. || 12. ad. laudandum Abstr. || 14. abunde, satis Abstr. cf. etiam Abol. (Aff. : statim, continuo vel abundanter). || 16. temp. vel app. Abol. ; vult aut desid. Abstr. cf. 78. || 18. = CO 261. vix Abstr. (Adfior taedio : consumer). || 19. = EX 41. cf. 59. || 20. = 71. || 21. = AB 73. || 24. = IN 30. || 26. cf. PR 45 ; 139. || 27. cf. 8. || 28. cf. AM 38. || 31. cf. Abstr. (A. : tollit) et Abol. (-mere : auferre vel tollere). cf. TO 3 ; VI 37. || 33. = CO 71. ||

34. -ipibus : arvinulis. 35. -ipiscitur : adsequitur, adstipulatur, utilitatem consequitur. 36. Adirectare (adt-) : adtingere. (Abol. ?) 37. -[i]sciscunt : adducunt (adiung- ?). (Abol. ?) 38. -isit : praeposuit. (?) 39. -it : interpellat vel adgreditur. (Abstr.) 40. -itus : introitus. (Ib.) 41. -iuvat : succurrit. (Phil. ?) 42. -iumentum : amminiculum vel auxilium. (Abstr.) 43. -iungitur : cohaeret, coniungitur. 44. -iutoria : fomenta. Adlapsa[s] : sensim veniens. (Abol.) 46. -latum : adportatum. (Abstr.) 47. -labi : navigium (-io) duci. 48. -licit : incipit (-citatus ?), provocat. 49. -lisum : adlositum (-sol- ?). 50. -loqui : adfari. 51. -quitur : abloquitur (ob- ?). 52. -lositum (-sol- ?) : adlisum. (Abstr.) 53. -loquitur populo (-um) : quiritat. 54. -ludicrum : res ad lusum apta. 55. A[d]mentum : ligamentum. (Abol.) 56. -miniculum : adiuumentum, adiutorium. (Abstr.) 57. -mirabilis : mirificus. 58. -missum : peccatum vel receptum. 59. -mittit : exsequitur. 60. -mota : adplicita. 61. -necit : adligat. (= Abstr. ?) 61^a. -sciscit : adiungit. (Abol.) 62. -nitentibus : postulantibus (opit- ?). 63. -nititur : postulat <ur> (opit-) vel plus conatur. (Abstr.) 64. -nixi : satis conati. (Ib.) 65. -nixus : innodatus vel incumbens. (Abol.) 66. Adulatur : blanditur, adsentitur (-tat-). (= Abstr.) 67. -tor : colax, parasitus. (Phil. ?) 68. Adolescens : iuvenis. (Ib. ?) 69. -escit : crescit. 70. -olet : sacrificium incendit vel valde olet. 71. -optio : paene naturae imitatio ; hoc est affiliatio. 72. -or : far. 73. -orant : plus quam orant. 74. -orem : laudem bellicam. (Abol.) 75. -oriri : incipere vel adgredi. (Ib. ?) 76. -oritur : gignitur, nascitur vel adgreditur. (Abstr.) 77. -ornant : plus quam ornant. (Ib.) Adpetit : desiderat vel temptat. 79. -unt : sectantur. 80. -planat : hostit, aequat. 81. -plicita : admota. 82. -portatum : adlatum, devectum. 83. -praehendit : adpetit, desiderat vel accusat. 84. Ad praestolandum : ad observandum. (Abstr.) 85. Atque ideo : adquin[t](at-). 85^a. Adtolere : aedificare, elevare. 86. Adquiescit : requiescit. 87. Adquin(at-) : atque ideo. 88. -quisitio : lucrum. 89. Adridet : favet. 90. -rogans : superbus. (Abstr.) 91. -rumavit : rumorem adtulit. (Ib.) 92. Ad sciscitandum : ad interrogandum (Ib.) 93. Adscivit : sociavit, coniunxit. (Ib.) 94. -sectatores : imitatores. (Ib.) 95. -s[a]e[u]la : domesticus familiae. (Ib.) 96. -ae : domestici, pedisequi, lenones. (Ib.)

34. = AR 4. || 35. cf. Abstr. (cons. aut imperat) et Abol. (adseq. vel invenit). cf. 110; AP 6. || 36 contingere Abol. cf. 116. || 37. -it : adiungit Abol. cf. 61^a. || 38. an Adsit praesto sit (cf. Amp. II) ? an Addidit adposuit (= ?) vix Addixit. || 39. intrat vel interp. Abstr. cf. IN 325. || 41. βέρθει Phil. || 42. = 56. || 43. cf. CO 34. || 44. = FO 13. || 45. caute v. Abol. cf. Aen. 9, 578, cf. SE 35. || 46. cf. 82. || 47. = Abba. || 48. cf. AA. cf. IN 32. || 49. = 52. || 50. = 13. || 52. = 49. || 53. = QUI 21. || 54. = Abba ; AA. an Ludicrum (cf. LU 15) ? || 55. = LI 16. || 56. = 42. || 57. = MI 18. || 58. cf. DE 80 ; PE 2 ; RE 11. || 59. = 19. || 60. = 81. || 61. Nectit : conligat Abstr. || 61^a. cf. 37. || 62. = Aff. Arma, cf. Abstr. (-e : conante vel opitulante). || 64. sat. om. Abstr. || 65. inn. om. Abol. cf. IN 197. || 66. Adsent : adul. Abstr. (: bland, adul. Ampl. I, II). cf. 99. || 67. κόλαξ Phil. cf. BL 3 ; CA 27 ; CO 43 ; PA 38. || 68. νᾶνις Phil. an cf. Abstr. (Adulti : iuv. vel adul. ?) || 69. = CR 23. cf. Abstr. (-evit : -evit) ? || 70. cf. Abstr. (: inc. vel incensum ponit) ? cf. 130 ? || 71. = 20. || 72. = FA 59. || 73. = 77. || 75. inc., ordiri, conari Abol. sed cf. IN 30. || 76. cf. GI 2. || 77. -at, -at Abstr. cf. 73. || 78. = 16. || 79. cf. SE 9. || 80. = HO 25. || 81. = 60. || 82. cf. 46. an advectum ? adductum (cf. Abol.) ? || 83. cf. 16 ; AP 11. || 84. vel sustinendum add. Abstr. || 85. = 87. || 85^a. = Aff. || 86. = RE 104. || 87 + 89. = AA. || 87. = Abba ; Aff. cf. 85 ; AT 5 ; ID 5. || 88. = LU 12. || 89. = Amp. I. = FA 1. || 90. cf. SU 66. cf. AB 50. || 95. fam. om. Abstr. || 96. dom. om. Abstr. cf. LE 15. ||

AE

97. -sentio : faveo. 98. -suefacit (-fec-): adsuevit. 99. -sentitor (-tat-): blanditor. 100. -sidue: plerumque, frequenter. 101. -uitas: continuatio. 102. -sequitur: consequitur. 103. Ad se redit: resipit. 104. Adserens: dicens, disputans, adfirmans. 105. -rit: confirmat vel dicit. (Abstr. ?) 106. -signat: restituit. (Ib.) 107. -sertor: confirmator. (Abol.) 108. -solet: solite consuevit. 109. -stat: praesens est. 110. -stipulatus(-ur): adipiscitur. 111. -struere: aedificare. (Abstr.) 112. -suevit: adsuefecit, consuevit. 113. -sum: praesens sum. (Phil.?) 114. Ad summum: postremum, novissimum. 115. Adtemptat: ingreditur. 116. -tingere: adirectare (attrect-).
Adventus navium: cataplus. (Abstr.) 118. -na:hospes, peregrinus. (Abol.) 119. -versum: contrarium [vel adversus]. 120. -sus: contra vel similitudinis imitatio. 121. -vertit: absultat (aus-). 122. Adulciscendum: ad defendendum. (Abstr.) 123. -ultus: maturus. (Ib.) 124. -uncum: flexum, curvum. 125. -venit: properat. 126. Ad (at) vero: ast. 127. -ulteratum: corruptum. 128. Adtenuatur: tabescit. 129. -trectare: palpare. 130. Adurit: adolet, incendit. (Abstr.) 131. Adyta: viscera interiora. (Abol.) 132. Advocatus: causidicus.

Aedes: domus, templa, atria. (Abstr.) 2. -dicula: domus modica. (Ib.) 3. -dificat: struit, moenit, construit. 4. -catio: structura. 5. -dituus: custos domorum vel templorum. 6. A[e]geator: hortator. (Abstr.) 7. Aeger: molestus, tristis. (Ib. ?) 8. -gre: moleste, vix vel indigne. (Abol.) 9. [A]eminens: conspicuus, altus. 10. Aemitavit: initiavit. (?) 11. -mulatio: invidia vel zelum (-us) vel insectatio. (Abstr. + Abol.) 12. -li: inimici vel imitatores. (Abol.) 13. Aeneatores: cornicines, liticines, id est cornu <vel> calamo canentes. 14. -neum: aereum. (Abol.) 15. [A]jepulis: dapibus, escis. 16. Aequabiliter: aequaliter. 17. -quaevi: coaetanei, id est eiusdem aetatis. (Abstr. + Abol.) 18. -quat: adsimulat, perpendit, intellegit. 19. -quiperat: aequat, adsimulat vel paria facit. (Abol.) 20. -quor: mare vel <20^a. Aestus: > cauma. 21. -quum: aequalem, rationa<bi>lem. (Abol.) 22. Iustum, similem, probabilem. 23. Aeramentum: aes. 24. -rarium: locus in quo pecuniae rediguntur. 25. <H>aeresis: insectio, secta. (Abol.) 26. Aereum: aeneum. 27. -rarium: thensaurum. (Abstr.) 28. -rumna: miseria, cala-

98. = 112. || 99. = 66 ? sed cf. BL 3. || 100. cf. Phil. (ἐνδελεχεία, ὡς πλειστάκις) ? sed cf. FR 13 ; PL 17. || 103. cf. RE 109 ? || 104. cf. Abba (Ads.: dis., adf.) || 105. -it: d. vel adfir. *Abstr.* sed cf. CO 144. || 106. = Aff.; vel probat *add.* *Abstr.* || 110. = 35. || 111. vel firmare *add.* *Abstr.* || 112. cf. 98 ; CO 253. || 113. πάρεμι: *Phil.* || 116. = 36. || 117. C.: adv. n. *Abstr.* || 118. cf. HO 20 ; OS 2 ; PE 65. || 120. cf. CO 288. || 121. = AB 58. || 124. cf. Abol. (: incurvus). cf. CU 26 ; FL 24. || 125. = AC 4. || 126. cf. AS 10. || 127. = CO 352. || 128. = TA 3. || 129. = PA 19. || 130. ad. *om.* *Abstr.* cf. 70. || 131. mysteria *Nettleship.* || 132. = CA 119.

AE 1. atr. *om.* *Abstr.* cf. AT 11 ; TE 17. || 3. cf. MO 14. || 5. = Abba cf. ianitor vel c. aedis *Abstr.* (cf. Aff.) || 7. aegrotus vel t. aut infirmus *Abstr.* || 8. v., vel m., ingrate *Abol.* cf. MO 16 ; VI 68. || 9. = CO 240. cf. AL 62. || 10 an Aemulavit imitavit ? cf. IN 166 ? Vide neglossa nihil sit nisi Imitavit bis malescr.; sed cf. CO 15. || 11. cf. IN 945 ; ZE 2. || 12. -us: -us vel -or *Abol.* || 13. = AA. cf. Abol. (Aen.: cor.); Aff.; Abba. cf. LI 38 ; TI 13. || 14. = 26. || 15. cf. *Abstr.* (-lae: escae) || 16. = AA. || 17. coaetanei *Abstr.* -us: eiusd. aet. *Abol.* cf. 41 ; CO 4. || 18. cf. PE 89. || 19. vel. p. f. *om.* *Abol.* cf. EQ 2 ; 4. || 20. cf. Abol. (-ris: maris); cf. CA 116. || 20^a. cf. 37. || 21-2. cf. IU 24 ; RA 17. || 21. rat. *om.* *Abol.* || 22. cf. *Abstr.* (Aeq.: ius.). || 23. = 29. 24. = Amp. I. || 25. ins. *om.* *Abol.* cf. IN 261 ; SE 8 || 26. = 14. || 27. publicum *add.* *Abstr.* cf. TH 3. || 28. cf. ER 23 ; MI 22. ||

mitas. (Abol.) 29. Aes : aeramentum. (Abstr.) 30. -sculus : genus herbae. (Abol.?) 31. -stas : unum de his temporibus. 32. -stimare : conicere, considerare. 33. -stimat : suspicatur, considerat. 34. -atio : taxatio. 35. -ator : taxator. 36. Aestu : turbatione. 37. -us : calor, cauma, procella. 38. -uat [ur] : calorem patitur. (Abol.) 39. Aeternum : perpetuum, perennem [aevum]. 40. Aevum : aeternitas, perpetuitas saeculi, vel aetas longaeva. 41. Ae < quae > vus : eiusdem aetatis, par. (Abol.)

AF, AG, AI

Affabilis : magni favoris, bland[io]sus. 2. Adulator, delectabilis, urbanus. (Abstr. ?) 3. -atim : optime < loquens > ; vel abunde, satis, ubertim. (Abstr.) 4. Affer < t > : adducit. 5. -fectio : voluntas, observatio. (Abol.) 6. -ficit : affligit. (Abstr.) 7. -finio (-is) : proximus. (Ib.) 8. proximus, cognatus, amicus. 9. -itas : amicitia vel cognatio. (Abol. ?) 10. Afuturus : absens est (erit), non est futurus. (Abstr.) Agania (ago-) : hostia. (Abol.) 2. -aro [n] (-so) : minister officialis. 3. domesticus.

(Abstr.) 4. -ger : fundus, rus. 5. Agger : monticulus vel terrae congeries. (Abol.) 6. -rat : congregat, acervat, adtollet. (Abstr.) 7. -gessit : congregavit. 8. Agit : degit, vivit, vel aginat (-tat ?) vel persequitur. 9. Agmen quadratum : milites in itinere quadrata acie incedentes. 10. -mina : multitudines. (Abstr.) 11. -natus : [filius] cognatus vel quasi < filius >. 12. -on < em > : certamen, conflictum. (Abstr. + Abol.) 13. -onotheta : qui certantibus praesidet. 14. Agrarius : < ut limus >. 15. -ricola : colonus, rusticus. (Abol. ?) 16. -rippa : qui in pedibus (-des) nascitur. (Ib.) 17. -r < i > um : rugem (-dem). (Phil.) 18. Agga (?) : festivitas.

Ain ergo : aisne. (Abstr.) 2. Aio, Ais, Ait : dico, dicis, dicit vel dixit. (Ib.) 3. Aisti : dixisti. 4. Aiunt : dicunt. (Abstr.)

AL

Ala : turma, pars multitudinis exercitus. (Abstr.) 2. pars exercitus vel equitum. 3. -acer : fortis, expeditus. (Abol.) 4. gaudens, velox, hilaris, laetus. (Abstr.) 5. -acrimonia : laetitia. (Ib.) 6. -riter : fortiter, animo forti. 7. laetanter, hila-

30. gen. arboris *Abol.* || 31. an Aetas ? || 32. cf. CO 167. || 33. cf. CO 224 ; SU 77. || 34. cf. TA 28-9. || 35. = TA 29. || 36. cf. Abba. || 37. cf. 20*. || 38. vel sudat *add. Abol.* || 39. in aevum *Buecheler* ; cf. PE 66. || 40. cf. Abol. (Aev. : aetas longa). || 41. cf. 17. par *om. Abol.*

AF 1. cf. AA. cf. BL 2. || 2. delect. (om. cett.) *Abstr.* cf. FA 20. || 3. op. loq. et ab. sat. *Abstr.* cf. Aff. (ubertem, copiose). || 4. cf. Abstr. (Attulit : adduxit) ? || 5. obs. *om. Abol.* || 6. -is : -is vel obiurgas *Abstr.* || 7-8. Una glossa ? || 8. cf. Aff. cf. CO 26 ; PR 193. || 9. -atem : coniunctionem vel amicitiam *Abol.* cf. AM 22 ; NE 10. || 10. n. e. f. *om. aliquot codd. et Abstr.* cf. Ab. Abs.

AG 2. = Abba ; Amp. I. = OF 5. || 3. cf. DO 13. || 5. ter. *om. Abol.* cf. Aff. ; Amp. II. cf. MO 30. || 6. adt. *om. Abstr.* cf. AC 29 ; AT 9 ; CO 155. || 7. = CO 161. || 8. cf. DE 50. || 9. = Amp. I, II. || 10. -men : -udo *Abstr.* || 11. vix *Abstr.* (-ti : filii per viros) || 12. Ag. : cert. *Abstr.* ; Conf. : cert. *Abol.* cf. CE 31 ; CO 148. || 13. = AA. cf. Abba ; Aff., Amp. I, II. || 14. *sine interp. codd.* cf. Amp. II. || 15. rust. vel cultor agri *Abol.* cf. Abba ; Aff. cf. CO 52 ; RU 31. || 17. = RU 15. || 18. an Aggaeus ? Spectat saltem ad hoc nomen *Biblicum*.

AI 1. er. *om. Abstr.* cf. Abba || 2. Aio : dico ; Ait : dixit *Abstr.* cf. Abba (Ais : dicis ; ait : dicit). || 3. = Abba.

AL 1. tur. *om. Abstr.* || 2. cf. Abol. (A. : equites). || 3-4. cf. EX 83-4. || 3. = Aff. velox *add. Abol.* || 4. gaudens *om. Abstr.* laet. *om. aliquot codd. et Abstr.* cf. Aff. (A. : laet. gaud.). 5. cf. LA 26. ||

riter. 8. Alae equitum : quia equites quasi volant. 9. -aris : caballarius. (Abstr.) 10. -ates (-tae ?) : alas habentes. (« Abol. ») 11. Albas gerentes : candidam vestem amicti (*Unde* ?) 12. Alvearia : vascula apium vel sina vel praesepia. (Abstr. ?) 13. -veum : fluvii canalis. 14. -bun<e>a : Mater Matuta. 15. -vum : ventrem (Abstr.) vel <15*. Album :> candidum. 16. Alga : herba marina. (Abstr.) 17. Aleas (-ers) : eruditus. 18. -gidus : alsosus. 19. -gor : frigus, frigdor. (Abol.) 20. Alias : interdum vel nonnumquam. 21. -icubi : uspiam. 22. -ienat : privat, altruncat (averr-). 23. fraudat, expellit. 24. -igeræ : pinnatae. (Abol.) 25. -imonia : edulia, esca, alimenta, impendia. 26. -ioquin : potius, magis, vel quid si non vel aliter. 27. -iquam : quaedam, quandam. 28. -ando : tandem, aliquantum tempus. 29. -anti : plerique. 30. -, -antulum : parvum. (Abstr.) 31. -quid : quinquam, quidnam. 32. quis : quisquam, ullus. 33. -quotiens : plerumque vel nonnumquam, amplius, saepius. 34. Alites : aves, perpetes (prae-). (Abstr. ?) 35. -[i]tilis : nomen est avis. 36. -it : nutrit. (Abstr.) 37. -itor : nutritor, educator. (Ib.) 38. Allata : reverentia (renuntiata ?) vel cognita. 39. -lectat : ex<s>pectat. (Abstr.)

40. -ctus : alectatus. 41. -legat : insinuat, mittit. (Abstr.) 42. -legoria : similitudo vel alien<il>oquium. (Ib. ?) 43. Alma : sancta, pulchra, candida, hilaris. (Abol.) 44. -pes : nives. 45. -phus : morbus sacer. 46. -sit : frigiduit. (Abstr.) 47. -sosus : frigidus. (Ib.) 48. -tar : altare. 49. -aria : ar[i]jæ. (Abol.) 50. -ter ambove : unus aut ambo. 51. -tercatio : contentio. (Abol.) 52. -terni : alter ex his. 53. -natur : Latinum non est, sed alternat, id est post alterum facit. 54. -nis agunt : non simul agunt sed prius unus, postea alter. (Abstr.) 55. <subaudis> vicibus, ut modo hoc, modo illud. (Ib. ?) 56. -teruter : alter et ambo. (Ib.) 57. Alumnus : deliciosus, nutriticus, vernaculus. 58. Alterutrum : invicem. (Abstr.) 59. -tilia : studio saginata. (Abol.) 60. -trinsecus : hinc atque inde. 61. -runcat (averru-) : evertit, alienat. (Abol. ?) 62. -tus : celsus, excelsus, eminens. 63. Albet : splendet. (Abol.) 64. -umni : filii vel servi ab alendo dicti. (Abstr.)

AM

Amanet : extra manet. (Abstr.) 2. -aricat : exacerbat, provocat. 3. <H>amata : concatenata <ab> eo quod sunt <h>ami. (Abstr.) 4. Amatores <rivales> :

8. = Amp. II. || 9 = CA 1. || 10. = AA. cf. Gloss. Verg. (-tis : a. -ibus) || 11. an <Candidati> ? an <Albati> ? 12 vasa ap. (cett. om.) Abstr. cf. Ampl. II ; Gloss. Verg. || 13. cf. Aff. (can. fl.) ; Abstr. (sinus fluminis. || 14. cf. Aen. 7, 83. || 15. Alvus : -ter Abstr. cf. VE 32. || 16. h. maris Abstr. || 17. cf. AA (doctus, er.) ; ER 20. || 18. cf. 47 ? || 19. frigdor om. Abol. || 20. = IN 301 ; NO 12. || 21. = US 1. || 22-3. cf. PR 59. || 22. cf. 61. || 23. cf. AB 7 ; EX 85. || 25. cf. ED 14. || 26. cf. MA 12 ; PO 52. || 27. cf. QUA 1 ; 9. || 28. cf. TA 15. || 29. = PL 15. || 30. parum Abstr. || 32. cf. QUI 26 ; UL 5. || 33. cf. IN 301 ; NO 12 ; PL 16. || 34. av. aligeræ Abstr. || 35. = AA. || 36. cf. NU 24. || 37. -em : -em (educ. om.) Abstr. cf. ED 12 ; EN 18. || 38. cf. AA (All. : renunt.) || 40. = AA. || 42. vel. al. om. Abstr. || 43. pul., hil om. Abol. cf. Aff. ; Amp. I. cf. CA 58 || 44. = NI 27. Ex Abol. (cf. Fest. 4, 10) ? cf. Abba. || 45. = MO 33. || 46. = FR 21. || 47. frigosus Abstr. cf. 18. || 49. in altitud. etc. add. Abol. cf. Abstr. (Aras : alt.) ; cf. AR 27. || 50. = Amp. I, II. || 51. cf. CO 271 ; DI 81. || 53. = Ampl. II. || 54. = Amp. II. n. s. ag. (cett. om.) Abstr. || 55. = Ampl. II. vicissim (cett. om.) Abstr. || 56. et om. Abstr. cf. Abba ; Amp. II. || 57. cf. Abba ; AA. cf. DE 79 ; NU 25. || 60. = Abba. 61. = AA. Adruncat (averr-) : ev. aut. dilaniat (= alienat ?) Abol. cf. 22. || 62. cf. AE9 ; CE 12 ; EX 20. || 64. aut amatores add. Abstr.

AM2. cf. EX 1. || 3. catenata Abstr. || 4. quasi qui d. u. rivo bibunt Abol. cf. Amp. II. cf.

duo qui unam amant quasi de uno rivo. (Abol.) 5. -biguitas : dubitatio. 6. -uum : dubium, incertum, clanculum. 7. -bit : circumit, per aliquem rogat vel cingit. (Abstr. ?) 7^a. -biguus : dubius. (Ib.) 8. -bitiosus : superbus. (Ib.) 9. -itus : circuitus. (Ib.) 10. -bo : utrique. (Phil. ?) 11. -brones : devoratores. (Abol.) 12. -bulantes : viantes, pergentes. 13. meantes, euntes. 14. -lat : circuit, peragrat, vadit. 15. -lavit : discessit. 16. -burit : incendit. (Abstr.) 17. -ussit : consumpsit. 18. -ustum : exustum. (Abstr.) 19. -endat : extra commendat vel seponit. (Ib. ?) 20. -fritrite[m] (-phit-) : mare. (Abol.).

Amicit : vestit eo quod amictum. (Abstr.)

22. -citia : necessitudo, adfinitas. 23. sodalitas. 24. [Amicitum] Amictum : vestitum. 25. -icus : sodalis. 26. -issum : perditum. (Abstr.) 27. -ita : soror patris. (Ib.) 28. A. magna : soror avi. 29. -itini : qui ex patre et sorore eius progenerantur. 30. -inus : qui ex sorore patris tui progeneratur. 31. -ittit : perdit. 32. Ammodum (ad-) : fere vel valde. (Abstr.) 33. -oenitas : iucunditas, sive oblectatio. 34. -mnis : fluvii circuitus. (Abstr. ?) 35. -nuit (abnu-) : contradicit. 36. -oenum :

fertilem, iucundum, fructuosum, uberum. (Abstr.) 37. -oti : remissi. 38. -oveo (adm- ?) : adigo, cogo <38^a. (am-) : > abduco, expello. 39. -ere : abducere, subtrahere. (Abol.) 40. -pla : grandia, magna. 41. -plectitur : amplexat, complectitur vel adiuvat. (Abstr. ?) 42. -exo (-u) : futo (fotu). 43. -pliat : adcumulat. 44. -lificat : dilatat. 45. -lius : saepius, plus. 46. -lum : magnum, grandem. 47. patulum, patens, apertum. 48. A [m]plus : ornamenta vel armamenta navis. (Abol.) 49. -bages : circuli, circuitiones. 50. -urca : faex olei.

AN

Anathematus : abominatus, exsecratus, foris missus. (Abstr. ?) 2. -ceps : dubius, incertus vel dubius capitis. (Abstr. + Phil. ?) 3. -cilia : scuta, arma caelestia vel virgae aureae. (Abstr.) 4. -cora : uncus. 5. -imositas : audacia, spiritus vel temeritas. 6. -fractum : iter difficile vel circuitus. (Abol.) 7. -git : sollicitat vel stimulat. (Abstr.) 8. -tudo : anxietas. 9. -git : consignat (-stringit), praefugat. (-focat), compungit. (Abstr.) 10. -tur : moleste fert. 11. -gor : tristitia, molestia,

RI 15. || 6. cf. Aff. (d. sive inc.). cf. CL 6 ; DU 15 ; IN 21. || 7. circuit (cett. om.) *Abstr.* per al. r. vel. c. om. *aliquot codd.* cf. Ab Abs. || 7^a om. *aliquot codd.* ; -um : -um *Abstr.* || 8. cf. EL 4. || 10. ἀμφότεροι *Phil.* cf. UT 3 ? || 11. cf. DE 182. || 12. cf. PE 72 ; VI 4. || 13. cf. ME 1. || 14. cf. VA 9 ? || 15. = AB 26. cf. DI 86. Francogallice 'aller'. || 17. = CO 260. || 19. = SE 43. effugat aut longe mittit vel ex. com. *Abstr.* cf. Amp. II. || 21. vestit (cett. om.) *Abstr.* cf. VE 65. || 22. cf. AF 9 ; NE 10. || 25. = SO 9. || 26. -am : -am *Abstr.* || 31. = PE 59. cf. *Abstr.* (-sit : -didit). || 32. fere vel om. *Abstr.* cf. FE 12. || 33. sive obl. om. *aliquot codd.* cf. IU 2, || 34. fluvius *Abstr.* cf. AA. || 35. = CO 292. cf. Aff. ; AA. || 36. f. iu. <Viretum> : > viridem fructum facientem sive arborum multitudinem *Abstr.* cf. FE 20. || 38. cf. AD 28. || 39. sub. om. *Abol.* || 40. = GR 7. || 41. amp. (cett. om.) *Abstr.* || 42. = FU 31. Verg. A. 8, 388, etc. || 43. = AC 22 cf. Phil. (ὁπερτίθεται) ? || 44. cf. DI 44. || 45. cf. PL 20. || 47. cf. AP 5 ; PA 84. an Patulum ? || 48. -tria : arm. nav. *Abol.* cf. Abba ; Gloss. Verg. || 49. vix *Abstr.* (circuitus verborum vel anf<r>actus). cf. Amp. II. || 50. = Aff. cf. Amp. II. cf. Phil. (ἀμόλγη, ἔστιν δὲ τρὺς ἐλαίου) ?

AN 1. abom. (cett. om.) *Abstr.* cf. AB 20-22. || 2. dub. (cett. om.) *Abstr.* δεισφάλας. Phil. cf. DU 16. || 3. -ia : scuta ; -le : virga aurea *Abstr.* cf. Amp. II. cf. SC 45. || 5. cf. TE 10. || 6. it. dif. tortuosum *Abol.* cf. Aff. || 7. = Abba. taedio afficitur *add. Abstr.* || 8. = 45. || 9. comp. om. *Abstr.* || 10. = MO 18 || 11. tr. (cett. om.) *Abol.* cf. DO 12 ; MO 19. ||

dolor. (Abol. ?) 12. -guem : serpentem (Abstr.) 13. -gustum : artum [dolosum]. 14. -helat : halat. 15. -litus : suspirii fastigium. 16. -ili[u]s : aetaneus. 17. -imadversio : sententia. (Abstr.) 18. -vertit : videt, indicat, intelligit vel punit. 19. -imalia : pecora, iumenta. 20. -mantia : homines et cetera. 21. -imus aequus : an. iustus. (Abstr.) 22. Anelo : perficio. 23. Annales : annuos. 24. libri qui totius anni ordinem continent. 25. -nuit : consentit vel promittit. (Abol.) 26. -nuus : anni unius. 27. Anediosus (ac-) : taediosus. (Abstr.)

Anquaerit : valde quaerit. (Ib.) 29. -tagonista : recertator (de-). (Ib.) 30. -tecedens : praecedens, praevious. 31. -loquitur : praefatur. 32. -nominatus : praenominatus. 33. -rapit : praeripit. 34. -status : testatus. (Abstr.) 35. -venit : praevenit. (Phil. ?) 36. Antibibulum : pignus librorum. (Abstr.) 36*. Ante omnes : prae omnes. (Abstr.) 37. Anticipat : praeoccupat, praevenit. (Abol. + Abstr.) 38. -tiae : capilli a<n>te missi. 39. -iquum : priscum, veteratum, vetus. 40. -istes : sacerdos. 41. Antlat (ancl-) : exuniat (-antl-), <h>austat, <h>aurit. (Abol. ?) 42. -t[r]jes : extremi ordines vinearum.

(Abstr.) 43. -trum : obscurus locus spelunca. (Ib.) 44. Anus : vetula. (Ib.) 45. -xietas : angitudo, suspirium. 46. -iferis : maestilis (-ificis). (Abstr.) 47. -i[li]us : sollicitus.

AP, AQ

Apercularius : offractor. 2. -rit : revelat. 3. -rte : palam, dilucide. 4. -rtis : extensis, diffusis. 5. -tum : evidens, patens. 6. -iscitur : utilitate<m> consequitur. 6*. -olitorium (-odyter-) : ubi ponuntur res lavantium. (Abstr.) 7. -ocrisis : depulsio. (Ib.) 8. -odeixis : ostentio. (Ib.) 9. -dyterium : Graecum est, ubi ponuntur res, id est in balneum. 10. -parat : curat, coniungit (?) 11. -petit : adpraehendit vel desiderat. 12. -pex : repaia (ξεραία), summa pars cuiuscumque rei. (Phil.) 13. -rica : aestiva, calens, temperatissima. (Abstr.) 14. -citas : tepor, calor. (Ib.) 15. -tissimum : commodatissimum, necessarium. (Ib. ?) 16. Ap[er]tum est : expedit. 17. Aptus : habilis, idoneus, commodatus, compositus.

Aquaticus : <h>ydris. 2. -uilum : fuscum, nigrum (Abstr.)

12. = Aff. ; -is : -ens *Abstr.* || 13. = AR 48^{ab}, cf. Phil. (σπενόν) ? || 17. cf. SE 38. || 18. cf. *Abstr.* (intellexit aut occidi iussit) ; Abol. (vidit, adtendit) ; Aff. (vid., int. vel occidit). cf. IN 89 ; PU 26. || 19. = IU 11. || 23 = Amp. II. || 24. = Abba. || 25. vel pro. *om.* *Abol.* cf. AB 40* ; CO 221 ; Amp. II. || 26. = Amp. II. || 29. = Abba ; Amp. I. = RE 13. inceptor, provocator *add.* *Abstr.* || 30. cf. PR 4 ; 58. || 31. = PR 18. || 33. = PR 29. || 35. προφθάει. *Phil.* cf. PR 55. || 36. pig. codicis *Abstr.* cf. Ab Abs. ; Amp. II. || 36*. *om.* aliquot *codd.* vel prae omnibus *add.* *Abstr.* || 37. = Amp. II. -are : praevenire *Abstr.* ; -at : praeocc. *Abol.* cf. PR 55. || 38. = Aff. Amp. II. cf. Class. Quart. 19 195. || 39. cf. PR 70 ; VE 67. || 40. = SA 5. cf. Aff. || 41. Anclare : haurire implere ; exanclasti : exhaus<is>ti *Abol.* || 43. = Amp. II ; -a : obscura loca ; -um : spel. *Abstr.* cf. SP 6. || 45. cf. 8 ; RE 113 ; SU 78. || 47. = SO 22.

AP 1. = OF 6. cf. Phil. (Apercularius : θυπεπανοίκτης). || 2. = RE 1. || 3. cf. DI 47 ; PA 9. || 4. = EX 119. || 5. = EV 13. cf. AM 47. || 6. = Amp. I, II. cf. AD 35 ; EX. 68. || 6*. *om.* aliquot *codd.* ; repon. *Abstr.* cf. 9. || 8. -xen : ost. *Abstr.* || 9. cf. 6*. || 10. cf. CU 25 ? || 11. = AD 83. || 12. ξεραία καλ. *Phil.* cf. Amp. II. cf. *Abstr.* (summa potestas vel cacumen). || 13. -a : aes. cal. ; -us locus : temperatus sine vento *Abstr.* || 14. tep. *om.* *Abstr.* cf. CA 42. || 15. -tus : utilis, necessarius. *Abstr.* || 17. cf. CO 82 ; HA 4 ; ID 9.

AQ 1. = Y 2. || 2. cf. FU 30.

AR

A radice : radicitus. 2. -anea : bambis (bombyx). 3. -ator : rusticus. 4. -vinulis : adipibus. (Abstr. ?) 5. -bos : arbor fructifera. 6. -busta : loca spissa. 7. -cana : secreta, ineffabilia vel recondita. (Phil. ?) 8. -cendis : prohibendis. 9. -carius : actor, dispensator. 10. -ceri : vetari, prohiberi. (Abstr.) 11. -ces : aedificia munita vel summum civitatis vel montium. (Abol. ?) 12. -cess<iv>it : accuravit (-us-). 13. -ces : summa loca, altissima. 14. -cus : camera. 15. -c<ha>eogonia : initium genus (-eris). 16. -cet : prohibet, vetat. (Abstr.) 17. -ctos : stella septentrionalis. (Ib.) 18. -c<an>um : secretum (Abol.) vel <18* -cum :> curvum aliquid. 19. -dens : festinus, concitatus. (« Abol. ») 20. -dor : flamma, cupiditas. (Abstr.) 21. -duum : difficile, altum, excelsum. (Abol. + Abstr.) 22. -en[an]tia <arva> : sicca. 23. -guere : culpam ostendere vel patefacere. 25. -gis : Graecis, Achivis. (Abstr. ?) (« Abol. ») 25. -guit : convincit vel accusat, reprehendit. (Ib. ?) 26. -gumentum : indicium, ingenium, aestimatio. 27. Ar[e] a : altar.

Ariae (-eae) mortuorum : pulvinaria. 29. -ida : sicca, deserta, sterilis, ieiuna terra. (Abstr. ?) 30. -um : siccum. (Abol.) 31. -ietat : ad modum arietis aliquid impingit. 32. Ar[r]il<l>ator : cocio, ὁ μεταβόλος. (Phil.) 33. -iolus : arrepticus, vates qui et furiolus (-osus) vocant (-atur). 34. -ista : culmen (-us). 35. -ithmeticus : numerarius. (Abstr.) 36. -ma concutiens : vibrans telum vel scutum. 37. -menia : provincia est certa. 38. -ment[i]a apex (ἀρχαίως). (Phil.) <38*> Essentia <:> ex<s>tantia (subst- ?). (Phil. ?) 38^b. -menta : pecuaria. (Abstr.) 39. -miger : armiportator. (Abol.) 40. -mus : scapula. (Phil. ?) 41. <H>armonia : ex multis vocabulis apta modulatio. (Abstr.) 42. Arrectus : intentus, adtonitus (-tent-). 43. -epticius : ariolus. 44. -tatus : ubers (sollers), districtus. 45. -temon : malus navis. 46. -ticulatus : articulus complexus (-pactus). (Abstr.) 47. -tifex : opifex. (Phil. ?) 48. -tire (-are) : constringere, coniungere, <48*. -tum :> angustum vel <48^b. Astutum : > dolosum. 49. -tus : articulus, membra vel iunctura[e] membrorum. 50. membrum.

Arva : terra seminibus apta vel herba agri.

